Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ergo sinceri rubrum transieris. si aegyptios submergi uideris. & extingui pharaonem atque in abyssi
profundum praecipitari. poteris hymnum cantando. poteris uocem gratulationis emittere & dicere;
Cantemus domino. gloriose enim glorificatus est. equum
& ascensorem proiecit in mare. Meliusque aut & dignius haec dicet si habueris triumphum in manu tua.
Id est si cum eo iam crucifixeris cum uitiis & concupiscentiis. & si mortificaueris membra tua quae sunt super terram. & tamen uideamus quid dicit. Cantemus domino. gloriose enim glorificatus est; quasi non sufficeret glorificatus est. Ita addit. gloriose glorificatus est. Quidem quantum possum coniicere.
uidetur mihi quod aliud sit glorificari. aliud gloriose glorificari. Nam dominus noster ihs xpus cum carne
exuit ex ipsa proseluta natus suscepit. glorificatus quidem. quia uenit quaerere quod perierat. non tamen gloriose glorificatus est. Dicit enim de ipso.
quia uidimus eum & non habebat speciem. neque decorem. & uultus eius ignobilis sup filios hominum.
Glorificatus est. & cum ad crucem uenit. & pertulit mortem. Ut scire quia glorificatus est. ipse dicebat:
Praeteriuerunt hora clarificari filium tuum. ut & filius
tuus glorificet te. Cui ergo ei gloria & iam